



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

pro illis se proclamauerint, petitioni eorū assensus præbeatur, nisi fortè Dei timore tactis, cum eorum licentia in religionis habitu perseuerent.

Vt clerici ex ea Ecclesia, in qua semel legerint, ab alia non recipiantur. Cap. XI.

*Ex cõcil. Africa-
no. c. 57.* **I**tem placuit, vt quicumque in Ecclesia, vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

De virginibus necdum velatis, quæ tamen in proposito virginali se simulauerant permanere. Cap. XII.

*Ex decr. Innocenti
pape, ca.
20.*

HAE verò, quæ necdum sacro velamine, tectæ tamen in proposito virginali semper se simulauerant permanere, licet velatæ non fuerint: si fortè nupserint, reuocandæ sunt, & agenda pœnitentia illis est: quia sponsio eorum à domino tenebatur. Nā si apostolus illas quæ à proposito viduitatis discesserūt, dixerat habere damnationem quia primam fidem irritam fecerunt: quanto magis virgines quæ prioris promissionis fidem frãgere conatæ sunt.

De sanctimonialibus, si à proposito sacro deuauerint. Cap. XIII.

*Ex decr. eiusdem,
ca. 19.*

QUÆ Christo spiritualiter nubūt, si postea publicè nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas ad nuptias tendas esse ad agenda pœnitentiam, nisi si se iunxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuento viro alter nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda pœnitentia concedatur, nisi vnus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se sponsum coniunxerat, & postea ad humanas nuptias trãsmigrat.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil. Toletan.

DE viris ac fœminis sacris, propositum transgressibus sacrum, procliuius cursus est à voluntate, & intractatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis viro mulierum habitum semel induerint, vel induerunt spontaneè religiosum, aut si vir deditus Ecclesiæ thoro, puellina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio, utroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuocatur, vt vir detondeatur, & puella monasterium induciatur. Si autem quolibet patrocinio desertores per-

nere voluerint, sacerdotali sententia à Christianorū cœ-
tā habeantur extorres, vt nec locus eis vllus sit commu-
nis. Viduas quoque vniuersalis iam dudum, statuit syno-
dus, professionis, vel habitus sui desertrices, vt superiori
sententia condemnentur.

*Quo tempore sacrum velamen sacris virginibus
imponi debeat.* Cap. XV.

Deuotis quoque virginibus, nisi aut in Epiphania, aut *Ex decr.*
in albis Paschalibus, aut in apostolorum natali- *Gelasii*
ciis, sacrum minimè velamen imponatur, & nō ante XXV. *papæ, ca.*
annos, nisi fortè, sicut de baptisate dictum est. graui lā- *12.*
guore correptis, ne si hoc munere de seculo exeant, im-
plorantibus non negetur.

De eadem re. Cap. XVI.

Item placuit, vt quicunque episcoporum necessitate *Ex cœcil.*
periclitātis pudicitie virginis, quum vel petitor po- *Mileuit.*
tens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquando *cap. 26.*
mortis periculoso scrupulo cōpuncta fuerit, ne non velata
moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum
curam pertinet, velauerit virginem, seu velauit intra vige-
simum quintum annum ætatis, non ei obsit conciliū, quod
de isto numero annorum constitutum est.

De sanctimonialibus quæ alias velare præsumunt.

Caput XVII.

Nihilominus etiam in quibusdam locis inolitum inue- *Ex decr.*
nimus vsu stultitie plenū, & Ecclesiasticæ autho- *entychia.*
ritati contrarium, eò quòd videlicet nonnullæ abbatissæ, *papæ, ca.*
& aliquæ ex sanctimonialibus viduis, & puellis virgini- *13.*
bus contra fas velum imponere præsumant. Et ideo non-
nullæ iniuste velatæ, putant se liberius suis carnalibus de-
sideriis posse inseruire, & suas voluntates explere. Qua-
propter statuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimo-
nalis post hanc definitionem in tantam audaciam pro-
ruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præ-
sumpserit, iudicio canonico vsque ad satisfactionem sub-
datur.

De virginibus, qua ætate velari debeant.

Caput XVIII.

VT virgines non velentur ante XXV. annos ætatis, *Ex decr.*
nisi fortè necessitate periclitantis pudicitie virgini- *Py papæ.*